¶ Ad sextum respondetur. quod prima circunstantia aggrauans peccata est ordo. Nam grauius peccat episcopus quam presbyter/et presbyter quam dyaconus/et dyaconus quam subdyaconus. etc. hoc est in eisdem peccatis. Secunda est locus. quam grauius sit peccatum in ecclesia quam in cymiterio: et generaliter in loco consecrato quam non consecrato. Tertia est scientia: vt plus peccat sapiens quam insipiens et semper in eodem peccato. Quarta est tempus: quia grauius fit peccatum in diebus festiuis et in ieiunijs quam in alijs diebus. Quinta est etas: quia plus peccat senex quam iuuenis in peccato eodem Sexta est conditio: quia magis peccat mulier coniugata quam ancilla luxuriando. Unde lex moysi precepit mulierem maritatam pro fornicatione lapidari/ ancillam vero flagellari. Sexta est numerus. scilicet peccatorum. Unde Esai. quam vilis facta est mens tua nimis iterans vias tuas malas. Octaua est mora. id est permanentia in peccatis et dilatio penitentie que valde grauant peccata. Nona est copia rerum mundanarum: quia cui committitur magis negligens deo efficitur quando eum offendit: vel copia. i. multitudo peccatorum. Et sic per numerum peccatorum potest intelligi multiplex repetitio eiusdem peccati. Decima est causa scilicet vtrum peccatum fiat ex suggestione aliqua vel non vel ex inuidia vel ex pura malitia/vel alia causa. Undecima est modus peccandi. Unde si dormiens cum muliere non teneat modum naturalem fit grauius peccatum si alius esset. Duodecima est status altus scilicet dignitatis ecclesiastica vel secularis. Quanto gradus altior tanto casus grauior. Decimatertia est modica resistentia. id est lucta pusilla. quia grauius peccat qui parua tentatione vincitur et non resistit ei/quam si fortiter resisteret: et tunc tandem vinceretur.

infirmus penitentiam agat .i. crimina scilicet ore.
Eger peniteat et culpas confiteatur.

id est iniungetur egro corpalis pnia manifestetur.
Non imponetur huic pena: sed insinuetur.
pniam eger perficiet .i. ꝯualescētia corporalis. egro. tribuatur.
Hanc tamen implebit si firma salus sibi detur.
eger moriatur liberet q̄ habet ꝯtrationē. confessor infirmum.
Si migret absoluat contritum presbyter egrum
egrum orationes alleuent abstinētia elemosyne. amicorum.
Huncqꝫ preces releuent ieiunia dona suorum.
pnia verecundia turpis post mortē fias.
Ut sit pena rubor tibi vilis vt efficiaris
expertior p q. efficiaris. imponitur .s. infirmo id est confitearis.
Doctior vt fias iungitur vt fatearis
abscondet. in vltimo tua peccata
Juditio teget extremo confessio culpas
vt non cernat saluator. p vel .i. dyabolus ille homo. culpas.
Ne videat deus aut demon qui facit illas.

¶ In hac parte autor ōndit quō eger seu infirmus debeat penitere .i. cōfiteri: ꝛ quō sibi imponēda sit pnia. Scdo quō debeat absolui. ibi. Si migret. ꝛc̄. Tertio quō sit penitēdū et quare. ibi. Doctior vt fias. Et dicit q eger .i. infirmus debet habere cōtritionē et ꝯfiteri plenarie peccata sua ꝛ velle facere pniam ꝛ sibi nō debet imponi pnia: sed debet sibi sic notificari vt si fiat sanꝰ vt illā impleat: sed si moriat debet absolui a pctis suis ꝯtritis et confessis: et debet releuari per pias elemosynas/preces et ieiunia suoꝝ amicoꝝ: ꝛ loco pnie debet ei imponi rubor quem habebit de hoc q tam vilis erit post mortē. Et vt tu peccator fias doctor .i. sapientior ad inquirendū de peccatis debes nude confiteri: et subiungunt causam. ibi. Juditio teget. dicēs q confessio est tante potestatis q in extremo iudicio totaliter tegit peccata. q nec deus/nec demon. id dyabolus: nec ipse peccator posset videre illa.

	Primo. Quomodo morientibus sit imponenda penitentia.
	Secundo. Quomodo et a quibus peccatis sunt absoluendi.
Circa textum	Tertio. An quis posset in fine vite sue facere pniam bonam.
dubitatur.	Quarto. Quid sit de illo qui preuenitur morte anteqꝫ confiteatur
	Quinto. Quomodo aliquis sit doctior in confessione.
	Sexto. De extremo iuditio vbi/quomodo: et quibus fieri debeat.

¶ Ad primū dubiū r̄ndetur sm̄ magr̄m sniaꝝ sic dicentem. de infirmis in periculo mortis positis inquirenda est pura confessio pctōꝝ: tn̄ illis non est imponenda q̄titas pnie: sed tm̄ est manifestanda seu insinuanda: ꝛ si migrauerit tūc amicoꝝ orationibus et elemosynarum largitionibus pondus penitentie est subleuādum. si post conualuerit: penitentiam sibi insinuatam diligenter adimplebit.

¶ Ad secundū respondetur. q tpe necessitatis scꝫ egritudinis vel mortis potest quilibet infirmus a quolibet presbytero absolui q̄uis in snia excōicationis esset. Un̄ si presbyter abnegauerit pniam penitentibus moriētibus reus erit animarum: quia dominus ait. Cum conuersus fuerit peccator saluus erit. Unde cōfessio potest esse in vltimo tempore vite: vt patet de latrone dextri lateris.

¶ Ad tertium respondetur ex dubio precedenti. dicit tamen Aug. q difficile est scire vtrum talis saluetur vel damnetur: ꝛ ideo infert. Si vis a dubio liberari et certus esse age penitentiam dum sanus es. Et ideo est valde periculosum differre penitentiam vsqꝫ ad finem vite.

¶ Ad quartū r̄ndet scdm̄ mgr̄m sniaꝝ li. iiij. q si q̄s nō sit cōfessus ꝛ habet bonū testimonium q non poterat inuenire sacerdotem: quia preoccauit cum mors in domo vel in via: et si parentes faciant oblationem pro eo ad altare firmiter sperandū est de salute et saluatione eius: quia deus est inspector cordis.

¶ Ad quintum respondetur. q dupliciter aliquis potest fieri doctior in confessione. Primo: quia cautior est ad cauendũ sibi de peccatis. Scdo: quia sapientior seu magis sit instructus. Nam in confessione non solum vitia sunt manifestanda: sed etiam doctrine ⁊ informationes salutares sunt exhibende.
¶ Ad sextum rñdetur. q extremum iudiciũ est horribile/ineuitabile/inopinabile/⁊ erubescibile. Erit in valle iosaphat multiplici ratione. Primo: quia ille locus est cõmunis: quia est media regio terre habitabilis. Secundo: quia est locus famosissimus et publicus propter opera nostre redemptionis: que ibi gesta sunt. Tertio: q; iosaphat interpretatur iudiciũ dñi. Unde iohel. Congregabo omnes gentes ⁊ ducam eos in vallem iosaphat: et ibi disceptabo cum eis. Etiã ſm magistrum sniarũ. Nõ solum xps iudicabit: sed etiam sancti eius. Iuxta illud dñi. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel.

sup. ad peccatores. mitis.
Confessor dulcis affabilis atq; benignus
ad iniungendã pniam. ad iudicandum pius id est condolens.
Sit sapiens iustus sit mitis compatiensq;
p sicut pctm̃ qd ipsemet fecit sic. abscondat crimina pctoꝝ confessione dicta.
Ut crimen proprium celet peccata reorum.
tardus ad imponendũ dolorẽ promptus ad dandum remissionem.
Sit piger ad penam sit velox ad miserandum
id est dolentem se ostendat peccatorẽ macula austerũ.
Et doleat quotiens facit illum culpa ferocem
id est emittens pia verba dans verba consolatoria dans verba correctoria.
Infundens oleum mulcens vinumq; flagellans
aliqñ .i. ferocitatẽ qñq; exhibeat dulcedinem.
Nunc virgam patris nunc prebeat vbera matris
confessori. loquat tacite aut alte puniat verbis. vrget.
Sibilet et cantet stimulet cum cogit oportet

¶ In hac parte autor determinat de confessione put respicit cõfessorẽ. Et diuidit. Nam primo ostendit quõ se habebit confessor in gestis qñ audit cõfessiones. Scdo ondit quõ se habebit in interrogando. Tertio quales excitationes habebit ꝯfessor ergn confitentem. Quarto ꝯparat confessorẽ medico. Quinto ondit in speciali qualis pnia debet imponi p pctis varijs. Sexto de operibus mie. Septimo ondit generaliter quõ pnia sit iniungenda: partes patebũt in processu. Prima pars adhuc diuidit in duas. Nã primo ostendit qualis debet esse confessor. Secundo qualiter debet celare peccata sibi in confessione dicta. ibi. Ut crimẽ proprium. Dicit primo sic. q confessor debet esse dulcis/affabilis/benignus/sapiens/mitis/iustus/pius/⁊ patiens. Tunc ibi. Ut crimen. dicit sic. confessor debet celare peccata confitentiũ sicut sua propria peccata. Et debet esse piger ad pniam: ⁊ velox ad dei miam: debet etiã dolentẽ se ostendere qñ culpa facit ipsum peccatorem ferocem. i. superbuz. Debet etiam habere qñq; mollia verba et blanda: et qñq; aspera et ferocia: et debet dare interdum virgã patris. i. austeritatem in verbis: ⁊ qñq; prebere vbera matris. i. dulcia et suauia verba. Et quandoq; debet sibilare. id est secrete vel basse loqui: et qñq; cantare. id est alte loqui secundum oportunitatem.

Circa textũ dubitatur
Primo. Utrũ vnus confessor posset mutare pniam iniunctã ab alio.
Scdo. Quid debet fieri de surdis ⁊ mutis: ⁊ quõ debeãt cõfiteri.
Tertio. Si sacerdos añ ꝯfessionẽ sciret pctm̃ aliqd vtrũ deberet sibi dici
Quarto. Que sit pena sacerdotis reuelãtis pctã sibi ꝯfessa (i ꝯfessiõe
Quīto. si ꝯfitẽs daret ꝯfessori licentiã reuelãdi vtrũ pt pctã reuelare
Sexto. Si confessor cogeretur reuelare: vtrum potest reuelare.

¶ Ad primũ dubiũ rñdet. q si confessor velit mutare pniam debet quatuor aduertere. Primum est. q discrete mutet illam penitentiã. i. q non imponat leuiorem vel

grauiorem pniam nisi ex certis et legitimis causis. Scdm est pter rationabilem et necessariam causam. Tertium est q hoc faciat respectu suorum subditorum. Quartum est. q talis pnia non sit iniuncta pro casu pertinente ad superiorem.

¶ Ad scdm rndetur. q surdi et muti debent signis induci ad confessionem et ad detestationem peccatorum: et notabiliter percipitur eorum deuotio vel voluntas confitendi si possent: iudicandum est de illis sicut de confessis. Hec Raymundus.

¶ Ad tertium rndetur q sic. q illud quod prius sciuit confessor hoc sciuit vt homo: sed quod per confessionem scit hoc nõ scit vt homo: sed vt deus. Et propter hoc publici peccatores quorum peccata non solum sunt nota sacerdoti: sed etiam alijs tenentur confiteri illa peccata publice.

¶ Ad quartũ rndetur que sit pena sacerdotis reuelantis peccata sibi in confessione dicta. Prima est. qr peccat mortaliter si verbis vel signis illa reuelauerit: vt patet extra de pnia et remissione ca. omnis. Secũda est: quia debet deponi ab officio sacerdotali. Tertia est per totam vitam suam peregrinetur vel in arctũ monasteriũ ad agendũ perpetuam pniam. Vñ Gregorius. Caueat sibi ante omnia sacerdos ne de hijs que sibi confitentur peccata alicui recitet: non propinquis/non extraneis/ nec quod absit pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit deponatur et omnibus diebus vite sue perigrinando pergat.

¶ Ad qntũ rndet. q si pfitẽs daret pfessori licẽtiã reuelãdi: si illud reuelet nõ frãgit sigillũ pfessionis: tutũ est tñ ne pfessor reuelet nisi magne vtilitates possent inde sequi. Et hoc duabus de causis. Prima est pter reuerentiã sacramenti. Scda est ne cõfitens postea dicat illum confessorem reuelasse peccata sibi in confessione dicta.

¶ Ad sextũ rndetur. q si confessor cogitur per obedientiã vel iuramentũ vel penã et scit tale crimẽ de tali cuius confessor fuit: tũc confessor si non potest per aliã viã euadere: potest licite iurare q nescit illud crimẽ de illo quamuis tñ scit: nec in hoc est piurius: qr iuramentũ nõ cogit eũ ad dicendũ aliud q̃ qd ipse scit vt homo: sed qd ipse scit in confessione non scit vt homo: sed vt deus: cuius pro tunc est vicarius. Vñ Augustinus dicit. Nichil minus scio q̃ quod in confessione audio.

in principio confessor interroget pctõr qualiter fidẽ catholicã habeat.
In primis querat contritus quomodo credat
fidelis sit perfecte scz cum .i. cõfiteat scz cum.
Si credat sane corde fateatur et ore
postea perscrutant peccatoris crimina solerter scz confessori
Post hec rimetur peccantis vulnera caute
.i. abominabile vitium confessor dicat aliquid.
Contra naturam culpam non exprimat vllam
ne deteriori peccato homo interrogetur.
Nec super enormi simplex si conueniatur
peccato cognouit faciendum inducatur
De quo nil sciuit ad agendum sic moueatur
coniunx illius peccati culpabilis sapiente.
Vxor adulterij rea confessore perito
agat pniam iniunctam viro suo.
Sic luat admissa ne sit suspecta marito

¶ In ista pte autor ondit quõ pfessor dz inqrere de pctis. Et diuidit. nã primo ondit qd debet inqrere. Scdo qd pfessor nõ dz inqrere. Tertio quõ adultera dz confiteri. scda ibi. Contra naturã. tertia ibi. Vxor adulterij. Dicit pmo sic. q in principio confessionis ante oia pfessor debet inquirere de fide confitentis: qr fides est fundamẽtum oim virtutũ. Deinde debet querere de singulis pctis: sed non debet querere de pctis contra naturã: ne peccator moueatur ad agendũ talia peccata contra naturã que prius nesciuit. Dicit vlterius. q vxor adultera debet confiteri sapienti pfessori et sibi debet imponi talis penitentia q non habeatur suspecta viro.

Circa textū dubitatur

Primo. Quid sit fides.
Secundo. Quare primo querendum sit de fide.
Tertio requiruntur ad perfectionem fidei.
Quarto. Quid operatur fides in homine.
Quinto. In quibus peccatis nō debet multiplex inquisitio fieri.
Sexto. Quid sit adulterum.

¶ Ad primū dubiū rñdet: q̄ sm aplm fides sic describitur. Fides est substantia rerum sperandaꝝ argumentum non apparentium. vñ Fides est substantia .i. fundamentum primi habitus virtutū ⁊ est sperandaꝝ reꝝ: q: fides propter assensum facit in nobis subsistere res sperates: ⁊ est argumentum quod probat de non apparētibus q̄ sic sint. Et dr nō apparētiū: q: fides illa manifestat q̄ per se nō apparēt. Vñ etiā magr̄ sniaꝝ dicit. q̄ fides est virtus quo creduntur que non videntur.

¶ Ad sm rñdetur. q̄ ideo pmo in ꝯfessione querendū est de fide: q: fides est fundamentū aliaꝝ virtutū quod multipliciter patet. Nā primo q̄ vult cōtēplari sine fide est similis illi q̄ solē vult videre sine oculis. Scdo qui predicat sine fide sermonē nō loquitur: sed comparatur plumbo deaurato. Tertio qui operatur sine fide: est similis illi qui struit pulchra edificia super arenam: q: fundamentum non ponit.

¶ Ad tertiū rñdetur. q̄ multa requirūtur a fidei perfectionem. Primum q̄ sit charitate informata: sicut fides marie magdalene: q: fides ei⁹ ipsam saluā fecit: ⁊ ideo ipi dimissa sūt pctā multa. Scdm q̄ sit deuotiōe feruida: sicut fides mulierꝫ: cui deus dixit. O mulier magna est fides tua. Tertium. q̄ sit bonis operibus approbata sicut fuit fides sancti Cornelij/ Gregorij: ⁊ alioꝝ. Quartū est. q̄ sit fortitudine roborata: sicut fides sācti Stephani/ Laurentij: ⁊ aliorum martyꝝ. Quintum est. q̄ sit humilitate subiecta: sicut fides beate marie virginis: que ait. Ecce ancilla dñi. ⁊c̄.

¶ Ad quartū rñdetur. q̄ fides multa bona facit in homine. Primo saluat holēm vt dictum fuit Marie magdalene. Fides tua te saluam fecit. Scdo mentem purgat. Vñ in actibus apl'oꝝ. Fides erat purificans corda eoꝝ. Tertio contra mundū pugnat. Vñ. Sācti per fidē vicerūt regna. Quarto postulata impetrat. Vñ. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Quinto temporalia contēnit. Vñ. Fides moyses grandis factus regiā dignitatē spreuit. Sexto perseuerare facit. Vñ. Tu autem in fide stas .i. perseueras. Septimo iustificat. Vñ. Credidit abraham deo: ⁊ reputatum est ei ad iusticiam. Octauo beatificat. Vñ in euāgelio. Quia vidisti me. Thoma credidisti: beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Nono alias virtutes super edificat: quia est fundamentum aliarum virtutum.

¶ Ad quintum rñdet. q̄ principaliter in duobus pctis nō debet esse multiplex interragatio. Primū est luxuria .i. pctm̄ cōtra naturā: q: per hoc simplices possent se mouere ad opus. Scdm est auaritia: ⁊ specialiter de turpi lucro nō debent fieri subtiles inquisitiones: ne posterius comittant talia peccata.

¶ Ad sextum respondetur. q̄ adulteriū est alicuius violatio. Et dicitur quasi ad alterius thori accessio. Et potest vir tripliciter committere adulterium. Primo modo si ipse sit vxoratus: ⁊ peccat cum soluta. Secundo modo. si sit solutus ⁊ peccat cum muliere mariata. Tertio modo fit quando vterq: .i. tam vir q̄ꝫ matrimonialiter copulati. Et istud est ceteris grauius. quia ab vtraq: parte committitur adulterium: sed in alijs tantum ab vna parte committitur.

exhortet penitētes sacerdos iteꝝ pctā incadant.
Sepius ammoneat confessor ne recidiuent
pctōres iteꝝ cadant hortetur scꝫ peccata sua
Si relabantur moneat q̄ confiteātur
quilibet scꝫ inordinata solitaria impediūt secreta fugito.
Quisquis amans loca sola nocēt loca sola caueto
fugiant modos ad ruinā inducentes.
Et vitent causas ad lapsus allicientes
cures pniam perficere iniunctam pro pctis.
Sollicites penam complere satisfacientem

suum custodiant diligenter suos corde membra.
Os seruent caute sensus cum pectore renes
.i. ad malos. lapsus predictorum pronior consuetudo
In prauos horum usus horum proclinior usus
dictum graue plus custodire necessarium
Hoc est difficile magis et seruare necesse.

¶ In ista parte ostendit autor quomodo confessor exhortari debet peccatores vt deserant peccata & dicit quod confessor sepius debet amonere homines confessos ne iterum cadant in peccata. Et si ceciderint iterum in peccata quod statim faciat confessionem: & ille qui amat debet vitare loca secreta: & quod ipse confessus impleat penitentiam sibi iniunctam/ & vitet illa per que cadere posset in peccata: & seruet caute os/ sensus/ cor & renes: quia illa prona sunt ad peccandum: & ergo difficile est illa seruare. id est summe necessarium.

Circa textum dubitatur
Primo. quid sit recidiuare.
Secundo. vtrum confessor possit accipere iuramentum vel votum a confitente ne recidiuet
Tercio. vtrum opera viua prius facta mortificentur per recidiuationem
Quarto. vtrum bona opera prius facta reuiuiscant per penitentiam sequentem.
Quinto. quare amans debet cauere loca secreta.
Sexto. quare os/ sensus/ & renes debent caute seruari.

¶ Ad primum dubium respondetur. quod recidiuare est iterum post confessionem in peccata statim cadere: & est valde horribile quia nocet multipliciter. Primo quia homo per peccatum secundarie fit impotentior ad surgendum. Secundo: quia culpa fit difficilior ad remittendum. Tercio: quia deus fit difficilior ad placandum. Quarto: quia dyabolus fit difficilior ad expellendum: & in his omnibus possumus habere exemplum in vulnere prius sanato quod si iterato aperiatur tardius sanatur quam si ibi nunquam vulnus fuisset.

¶ Ad secundum respondetur. quod non est semper licitum capere iuramentum vel votum a confitente ne recidiuet: & hoc ideo euitemus periculo/ quia si recidiuaret post iuramentum vel votum dupliciter peccaret. scilicet recidiuando & votum infringendo. Sunt tamen aliqui casus in quibus potest capi iuramentum a confitente quod non committat amplius talia. scilicet quando quis absoluitur ab excommunicatione. Item quando aliquis fuit incendiarius. Item hereticus. Item existens in nephando crimine.

¶ Ad tercium respondetur. quod dupliciter opus dicitur viuum. Uno modo: quia efficitur a vita: & sic opus factum in charitate nunquam mortificatur. Alio modo quia efficit vitam: & hoc dupliciter. vel quo ad subiectum proprium & sic mortificatur. vel quo ad subiectum alienum. & sic non mortificatur: quia venit ad gloriam electorum.

¶ Ad quartum respondetur. quod opera bona facta in peccato mortali nunquam reuiuiscunt per penitentiam sequentem valent tamen ad tria. vnde versus. Que sub mortali bona fiunt dant bona terre. Et faciunt abile: minuunt tormenta gehenne. Sed bona opera mortificata per recidiuationem possunt viuificari per penitentiam sequentem aut per gratiam superuenientem. Unde versus. Illa reuiuiscunt que quondam viua fuerunt. Uiuere non possunt que mortua nata fuerunt.

¶ Ad quintum respondetur. quod amans debet vitare loca secreta. quia loca & tempora inducunt hominem sepius ad peccandum/ & maxime ad luxuriam vt solet dici in his versibus. Si venerem vitare velis loca tempora vita. Nam locus & tempus pabula prestant ei.

¶ Ad sextum respondetur. quod os ad duo deseruit: Primo. scilicet quo ad saporem ne homo peccet: ergo saporem & gustum debet caute custodire. Secundo deseruit ad loquelam: nam in multiloquio non deest peccatum. Sensus etiam debent caute seruari: quia sunt porte corporis quibus peccata possunt intrare: & precipue visus & auditus: & ergo caute debet seruari. Pectus etiam debet seruari. scilicet pro peccatis cordis. Renes etiam debent seruari pro luxuria que ex ipsis oritur. Renes luxurie sunt sedes ac alimenta.

.i. iudex extrinsecus aliquas inhibetur.
Utque foris iudex per personas prohibetur
.i. conuertere suum dans medicinam mutare prohibetur
Flectere iudicium medicus variare vitatur

scȝ confessor invidia provideat. dilectione.
Sic anime iudex odio caveat vel amore
peccata cū pnia gravare mitigare.
Offensas penis onerare vel alleviare
sancte consuetudines antiquoꝝ traditiones. cōfessor imitetur.
Ecclesie mores vel patrum scripta sequatur
.i. q̄titas pnie ꝫm quantitates peccati.
Sitq; modus pene iuxta moderamina culpe
modus facilior dolor gravior.
Et tanto levior quanto contritio maior
sanant diversa medela infirmum.
Ut medici curant vario medicamine corpus
demonstrent infirmitates scȝ illarum inflammationē cutis.
Ut curant febres vt vulnus sive tumorem
peccatricis diversas exigunt remedia
Sic anime varias egre poscunt medicinas

¶ In ista parte autor comparat cōfessorem ad iudicem secularem ⁊ ad medicum. Et dividitur. Nam primo patet quod dictū est. Secundo ostendit specialiter: ⁊ cōparat cōfessorem ad medicum ibi. Ut medici curant. Dicit primo sic. q' sicut iudex extrinsecus non debet flectere iudicium propter personas/nec medicus variare debet medicinam propter personas: nec cōfessor variare debet penitentiam propter personas. Sic etiam iudex vel medicus anime. id est confessor non debet confessis alleviare vel aggravare penitentiam propter odium vel amorem: sed debet respicere ad consuetudinem ecclesie/ad dicta doctorum/ad q̄titatem culpe: et ad magnitudinem contritionis. Unde sicut medici curant varias infirmitates variis remediis vel medicinis. Nam aliter febres/aliter vulnera/et aliter tumores curant. Sic etiam anime peccatrices variis indigent remediis contra alia et alia peccata.

	Primo. Quot modis frangitur iusticia iudicii.
	Secundo. Que requiruntur ad rectum iudicium.
Circa textum	Tertio. Quid valet iusticia.
dubitatur	Quarto. Utrū acceptio personarum sit peccatū in iuditio.
	Quinto. Utrum iudex potest accipere munera.
	Sexto. Quid intelligit auctor per febres/vulnus/et tumorem.

¶ Ad primum dubium respondetur. q' tripliciter pervertitur sive frāgitur iusticia iudicii. Primo amore. scilicet persone vel pecunie. Unde Esaias. Ve vobis qui iustificatis impium pro muneribus: et isti sunt iam delecti in mundo. Secundo pervertitur iusticia timore. contra quod dicit euangelium. Nolite eos timere qui occidūt corpus: animam autem occidere non possunt. Tertio ira vel invidia. Unde in euangelio. Pylatus sciebat q' per invidiam tradidissent iesum. Et valde laudandus est iudex qui non flectitur aliquo istorum modorum. ⁊ isti modi habent etiam veritatem de iudice anime scilicet confessore.

¶ Ad secundum respondetur. q' tria requiruntur ad hoc q' iuditium sit iustum. Primum est q' procedat ex iusticia. id est q' sententia sit iusta. Secundum est. q' in iudice sit auctoritas iudicandi. Unde iudex secularis non potest se intromittere de causis ecclesiasticis. Tertium est. q' sententia conferatur secundum rectam rationem prudentie: alias esset iudicium suspiciosum et temerarium.

¶ Ad tertium respondetur. q' iusticia primo modo beatificat. Unde in euangelio. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam ⁊c. Secūdo exaltat. Unde in libro sapientie. Qui operatur iusticiam exaltabitur. Tertio appetitū concupiscentie refrenat. Uñ Esaias. Erit iusticia cingulū lumboꝝ eius. Quarto a morte eterna liberat. Uñ in prover. Iusticia a morte liberat. Quīto coronat hoīem. Uñ apl's. Reposita est michi corona iusticie. Sexto remunerat. Uñ ps. Retribuet michi dñs ꝫm iusticiam meam.

¶ Ad quartū rñdet q acceptio personarum in iudicio est petm: vt satis ptz ex iam dictis. Et fit acceptio personarum qñ iudex melius iudicat amicis/cognotis/dñis/diuitibus vel potentibus: q inimicis/alienis/seruis/pauperibus/ et impotentibus.

¶ Ad quintū rñdet distinguēdo de iudicibus: qr quidā sūt iudices ordinarij: et isti nō dñt accipere minus et specialiter nō debent petere: qr ex officio tenētur iudicare Alij sunt iudices delegati: et isti possunt petere expensas moderatas: sed nō vltra. vt patet extra de vita et honestate clericorum. Hec Raymundus.

¶ Ad sextū rñdetur. q in proposito p febres vulnus et tumorē intelligunt tria principalia pctā mortalia. Nam p febres intelligitur luxuria/per vulnus intelligit auaritia que est sicut profundū vulnus: cuius terminus nō pōt inueniri: sic nec auarus satiari potest: nā licet in sene oīa vitia senescāt: sola tñ auaritia in eo iuuenescit/per tumorē intelligit superbia: qr sicut tumor est quedā eleuatio cutis vel alterius rei tumescens: sic etiā est superbia: nā supbus inter oēs alios vult se exaltare.

ex opposito iniūgas. pptea sue opposita peccatis.

Opponas igitur anime contraria morbis

bona donet auarus .i. homo immundus.

Propria det cupidus se castret luxuriosus

o hō qui inuides inuidiā remoue homo superbiam

Inuide liuorem depone superbe tumorem

moderatus esus crapulam tua refrenet iracundiam

Sobrietas scz gulam/patientia comprimit iram

deponat qui lesus est odium fastidia tristis

Amoueat lesus rancorem/tedia mestus

sumptio vnde soluat excellentiam potationis

Potus aque redimat excessus ebrietatis

tue voluptates puniat castigatio carnis.

Carnis delitias castiget virga flagellans

digne pniam agat subtractum rapor restituat.

Ut bene peniteat ablatum predo reportet

¶ In ista parte autor specialiter ondit: quō circa quodlibet petm̄ cfessor dabit speciale remedium dicens. q tu debes dare medicinas que sunt contrarie morbis. id est peccatis: nam cupidus. id est auarus debet dare propria bona/luxuriosus dz se castigare inuidus debet dimittere inuidiam/superbus superbiam. Sobrietas comedendi debet corripere gulam/patientia iram/lesus debet dimittere rancorem/ et mestus tedia/ebrietas debet castigari per potum aque: et contra delitias carnis debet fieri flagellatio/ et raptor debet restituere ablata.

Circa textū dubitatur

Primo. Utrum peccata possunt curari per contraria.
Scdo. Quō vitia possunt mutari in virtutes cōtrarias.
Tertio. Que sunt consideranda in satisfactione
Quarto. Que sunt requisita ad sufficientem satisfactionem.
Quinto. An predo debeat ablata restituere.
Sexto. De intellectu littere.

¶ Ad primū rñdet q sic. vnū contrariū natū est expellere reliquū: vt caliditas expellit frigiditatē. etiā dt P. h. in predicamentis. q virtus contrariatur vitio.

¶ Ad scm rñdetur scm phm. ij. ethicorum. vbi dt q virtus moralis consistit in medio. Vñ virtus ibidē describit sic. Uirtus est habitus electiuus in medio csistens: qr virtus consistit in medio scz duorum vitiorum extremorum: quorum vnū est supra et aliud infra vt liberalitas mediat inter duo vitia extrema quorum vnū est supra. s. excessiue dare et dicit prodigalitas. Aliud est infra. scz modicū vel nichil dare: et dr parcitas. Uult ergo textus. q cupidus vt pdigus large sua bona distribuat luxuriosus totaliter sicut castratus viuat: non tamen debet se priuare membris.

¶ Ad terciū r̄ndet. q̄ tria sunt consideranda in satisfactione/ in quibus satisfactio debꝫ correspōdere culpe. Primū est numerus: nam pro subtractione duoꝝ denariorum non sufficit satisfactio vnius. Scd̄m est pondus. Terciū est mensura. Unde Augu. Tanto tempore quis debet esse in pena quanto fuit in peccato.
¶ Ad quartū r̄ndet q̄ ad sufficientē satisfactionē req̄runt aliqua ex pte dei: aliqua ex pte pctōris: et aliq̄ ex pte eccl̄ie. Ex parte dei requirunt duo. Primū est mīa qua de⁹ culpā indulget. Secundū est iusticia. Ex parte pctōrꝫ etiā req̄runt duo. Primū est dolor de peccatis ꝑpetratis et omissis bonis. Scd̄m est amor dei et suoꝝ preceptoꝝ. Ex parte ecclesie duo requirunt. Primū est meritū christi et sanctoꝝ. Secūdum est indulgentia que datur per papam/ episcopos vel eorum vicarios.
¶ Ad quintū r̄ndet. q̄ predo et q̄libꝫ habēs bona iniusta: tenet illa restituere illis ex quib⁹ sūt extorta/ vel heredib⁹ eoꝝ. Et si nesciant illi dn̄t dari pauperib⁹ vel vsui eccl̄ie in tali ciuitate vel illa in qua illa bona sūt male acq̄sita: et nō solū principales id est q̄ principaliter iniusta bona acq̄sierunt tenent restituere: sed etiā illi qui auxilium vel fauorē adhibuerūt. Unde nouē modis aliquis est in culpa mali: qd̄ tamen principaliter non fecit illud malū. et dicunt nouē pctā. vñ⁹. Jussio/ consiliū/ consensus/ palpo/ recursus. Participans mutuo/ non obstans/ non manifestans. Et declaratio istius habetur in littera. Ut tibi sit vita.
¶ Ad sextū r̄ndet. q̄ cum dr̄ in textu. castret se luxuriosus: nō vult dicere q̄ luxuriosus debeat se priuari membris suis: quia hoc esset magnum pctm̄/ sed intendit dicere q̄ talis luxuriosus debet caste viuere ac si esset castratus. Item per liuorē intelligit autor inuidiā inueteratam vel aīm seu ꝓpositū vindicandi lesionem illatam. Item per mestum intelligit autor turbatū vel dolentē. vel ſm alios hoīem accidiosum: et hoc est satis consonū littere. Item per predonē intelligit quilibꝫ habēs bona aliena iniuste: vt predo/ fur/ latro/ vsurarius/ simoniacus.

nudos esuriētes. sitiētes. hospitor vagos infirmos captiuos.
Uestio/ cibo/ poto/ tectum/ do/ visito soluo
cōmodū facio dolentibus errantes paupibus .i. debitorib⁹.
Commodo compatior conuerto dono remitto
primos vt desistant a pctis. do consilium .i. quodlibet munus.
Arguo supplico consulo do quodcūq̄ꝫ talentum
genicalor de nocte macero corpus. in bonis castigo corpus.
Flecto genu vigilo ieiuno laboro flagello
vestimenta nudis incedo pedib⁹ cōtritionē habeo ꝓ indulgentijs
Uestis nuda pedes nudor tero cor peregrinor
pniam ago orōnes ꝓ pctis ꝓ venia .i. punitur.
Peniteo lego ploror precor/ caro sic maceratur

¶ In ista parte ostendit que sunt opera misericordie: et patet sententia in littera et in expositione vltimi dubij.

Circa textum dubitatur
- Primo. quotuplex sunt opera misericordie.
- Scd̄o. q̄ sunt opa mīe: et ad q̄ reducunt oīa ista in textu posita.
- Tertio. quare dicuntur opera misericordie.
- Quarto. an paupes etiā pn̄t aut sciunt facere opa mīe.
- Quinto. que sit diuersitas inter ieiunantes.
- Sexto. dubitatur de intellectu littere.

¶ Ad primū dubiū r̄ndetur. q̄ duplicia sunt opera mīe. nam quedam sunt corporalia. que scilicet fiunt per subuentionem extrinsecam. Alia sunt spiritualia. que scilicet fiunt per merita bona que merita postea dicentur.
¶ Ad scd̄m r̄ndet. q̄ opera mīe corpalia reducunt ad septē. Primū est visitatio infirmoꝝ. Scd̄m est cibatio esurientiū. Terciū est potatio sitiētiū. Quartū est redemptio captiuoꝝ. Quintū est vestitio nudoꝝ. Sextū est collectio paupeꝝ peregrinoꝝ. Septimū est sepultura mortuoꝝ. vñ⁹. Uisito/ poto/ cibo/ redimo/ tego colligo/ cōdo

Et opera mie spiritualia etiã reducunt̃ ad septẽ. Primũ est delinquenti ignoscere. Scdm est peccantẽ corrigere. Terciũ est ignorantẽ instruere. Quartũ est dubitanti consulere. Quintũ est mestũ consolari. Sextũ est ꝓ salute ꝓximi orare. Septimũ est iniuriã sustinere. Unꝰ. Corripit ignoscit solatur cõsulit orat. Sustinet infirmat/ qui pius est animo. Uel sic. Corripe suade doce dimitte solare fer ora.

¶ Ad tercium rñdetur. ꝙ duplici de causa dicuntur opera mie. Prima est quia procedunt ex misericordia et pietate hominis: et fiunt simpliciter et pure intuitu pietatis et amore dei. Secunda est. quia misericordiam dei impetrant et deum ad misericordiam ꝓuocant. Unde in euangelio. Esuriui et dedistis michi manducare. et sequitur ad propositum. venite ergo benedicti patris mei. ⁊c.

¶ Ad quartũ rñdetur. ꝙ pauperes ita bene possunt impetrare miam dei sicut diuites/ non tñ pauꝑ tenet̃ neq; eñ valet aliquos vestire et nutrire et hmõi opera bona facere ad hec autẽ ideo non tenetur quia deficit in medio. s. in bonis temporalibus. nec deus quicq; requirere vult vltra posse. Unde licet pauper non potest vestire nudos et nutrire esurientes satis tamen est vt habeat voluntatẽ quam libenter impleret opere si non deficeret in bonis. et ideo ita bene exercet opera misericordie sicut ille qui opere implet/ quia deus est inspector cordis.

¶ Ad quintũ rñdet̃. ꝙ diuersi hoies ꝓpter diuersas causas ieiunant. Unde quidã ieiunant ꝓpter sanitatẽ vt medici. quidã ꝓpter laudem: vt hypocrite. quidã ꝓpter parcitatẽ: vt auari. et quidã amore dei: vt boni hoies. Unꝰ. Jeiunat fictus (.i. hypocrita) bonus vt videatur. Jeiunat parcus ne sua res diminuat̃. Jeiunat medicus ne morbus ei dominetur. Jeiunat iustus vt iusticias mereatur.

¶ Ad sextũ rñdet̃. ꝙ primũ opus mie est vestire nudos. Unde cum videris nudum operi eum. Item in euãgelio. Nudus eram et cooperuistis me. Secundũ opus misericordie ẜm ordinẽ textus pñtis est potare sitientes. Tercium est cibare esuriẽtes Unde ꝓpheta. Si esurierit inimicus tuus ciba illuz. Quartũ est dare tectum. id est hospitare pauperes vel peregrinos. Uñ Egenos vagosq; induc in domum tuam. Quintũ est visitare infirmos ad consolandũ eos: et inducendum ad deuotionẽ. Uñ in euangelio. Infirmus eram ⁊ visitastis me. Septimum est. commodatorem esse id est indigentibus dare. Uñ psal. Justus tota die miseret̃ ⁊ commodat. Octauum est habere compassionẽ. Uñ iob. Flebã suꝑ eũ qui afflictꝰ erat ⁊ impatiebar paupi. Nonũ est conuertere pctõrem ab errore. Uñ iacobꝰ. Qui ꝯuertit peccatorẽ ab errore vite sue saluabit aiam suã deus a morte. Decimũ est donare elesimonam in sinu pauperis: et ipse orabit pro vobis ad dñm. Nã sicut aqua extinguit ignem sic elemosina extinguit peccata. Undecimum est remittere malefactoribus nostris. Unde euãgelista. Dimitte et dimittemini. Duodecimum est arguere vel corripere delinquentes. Uñ Sapiens in parabolis. Qui arguunt prauos laudabuntur: ⁊ super eos veniet beuedictio. Decimũtertiũ est ꝯsulere. i. dare bonũ ꝯsilium proximo. Decimũquartũ est supplicare lesis vt dimittant offensionem. Decimũquintũ est dare quodcũq; talentum. Uñ si deficiat res da dulcia ṽba. Vꝰ. Si tibi res deficit da ṽba benigna petenti. Decimũsextũ est flectere genua causa deuotionis vel humilitatis Decimũseptimũ est vigilare in bonis operibus. scz orationibus ⁊ studijs. Uñ psal. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Decimũoctauũ est ieiunare. ⁊ hoc solũ amore dei: vt patuit in quinto dubio. Decimũnonũ est laborare in bonis operibus. Unde psal. Laboraui in gemitu. ⁊c̃. labores manuũ tuaꝝ. ⁊c̃. Uicesimum est flagellare corpus. Uñ psal. Qm̃ ego in flagella paratus sum ⁊ dolor meus. ⁊c̃. Uicesimũprimum est vestiri veste dura. Uñ iohannes baptista habuit vestẽ de pilis camelorum Job vero saccũ ⁊ cilicium. Uicesimum secundũ est ire nudis pedibus. Uñ dñs dixit moysi. Tolle calciamẽta de pedibꝰ tuis: terra eñi in qua stas sctã est. Uicesimũtercium est ꝯtritionẽ cordis habere: ⁊ hoc ꝑ pctis. Uñ psal. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatꝰ cor ꝯtritũ ⁊ humiliatũ deꝰ nõ despicies. Uicesimũquartũ est peregrinari vel ire ꝑ indulgentijs q̃ ꝓcedit ex mia dei. Uicesimũqntũ est penitere. i. pniam facere. Uñ Johannes baptista. Agite pniam appropinquabit enim regnum dei. Uicesimumsextũ est legere orationes ⁊ seruire deo. Uñ Aplus. Seruire deo regnare est Uicesimũseptimũ est plorare. Uñ. Bti q̃ lugẽt: qm̃ ipsi cõsolabunt̃. s. amore dei. Itẽ iob. Melius est ire ad domũ luctꝰ q̃ ad domũ ꝯuiuij. Uicesimũoctauũ est precari. i. orare pro alijs: ⁊ specialiter pro inimicis. Uñ Christus pendens in cruce sic orauit. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Et sic patet intellectus littere.

sacerdotis illa p pctis considerabis
His quoqz confessis que sunt iungenda notabis
manifesta pnia sit manifesta culpa
Publica sit pena fuerit si publica noxa
occulta sit p q̃uis noxa occulta sit pnia
Si lateat licet enormis/lateat quoqz pena
si pctm̃ facit pniam agat.secrete
Hoc est si peccat occulte/peniteat clam
quelibet pctã sacerdos .i.sapientius
Singula confessor prudentius vt meditetur
intentio cõfitentis .i.peccati confitens considerentur
Affectus causa/vitium persona notẽtur
p pniam veniendi sequentia
Ad domum festinandi sunt hec tibi cause
purgatorium scz tua infirmitas verecundia
Ignis purificans/mors/egritudo/ruborqz
peccati magnitudo mos .i.peccati.
Et culpe grauitas/et consuetudo ruine
de peccatis.
Hic modus est confitendi atqz satisfaciendi.

¶ Finaliter in hac parte ostendit autor in gñali quõ imponi debet pnia: dicens. q postq̃ facta est cõfessio de omnib9 peccatis pdictis: tunc confessor notare debet penitentiã quã velit infligere. Nam si peccatũ fuerit publicũ/pnia erit publica. et si sit secretũ: secreta debet esse pnia. et vt cõfessor possit omnia bene et prudẽter meditari debet notare affectum/causas/vitium/et psonam cõfitentis. Dicit vltra q ista que sequunt faciũt aliquem festinare ad dominũ. scilicet ignis purgatorij/egritudo/rubor/grauitas culpe/et consuetudo peccandi.

Circa textum dubitatur
Primo. quare p pctõ secreto nõ debet imponi publica pnia.
Scdo. quare affect9/cã/vitiũ/ et psona cõfitentis notari debent.
Tertio. quomodo intelligenda sit littera ad dominum.
Quarto. quare et propter quid sit purgatorium.
Quinto. vtrum pena purgatorij sit grauissima.
Sexto. vtrũ ignis purgatorij agat in aiam. et an aia p ipm purget

¶ Ad primũ dubiũ rñdet q si peccatum sit secretum non debet imponi publica penitentia: quia sancta ecclesia nunq̃ scandalisat aliquem nisi scandalisatus fuerit: et pro publico peccato publica debet imponi penitentia.

¶ Ad scdm rñdet. q primo debet attendi affectio.i.cõtritio cõfitentis. dolor de peccatis/amor dei et preceptorũ eius/intentio abstinendi de cetero: fides catholica: et hmõi quia fm exigentiã istorum maior vel minor debet imponi penitẽtia. Scdo debet notari causa peccati. scz an sit factum ex ignorãtia vel impotentia/ vel ex pura volũtate aut consilio vel hmõi. Tertio debz attendi vitiũ.s. an sit veniale vel mortale cum eorum circũstantijs. Quarto debet attendi persona sciz. vtrum sit secularis vel religiosus/ aut in ordinibus vel non/ aut vir vel mulier: vtrum liber vel seruilis/ aut diues vel pauper/ an senex vel iuuenis/ an sapiens vel stultus. etc. quia secundum varietatem istorum penitentia debet variari secundum iudicium discreti confessoris.

¶ Ad tertiũ rñdet. q illa lra ad dñm festinandi. potest dupliciter intelligi. Primo modo sic. q illa que ponunt in lra sunt cause festinandi ad dñm/ faciendi pniam/ et disponendi se ad christum. Alio modo intelligit sic littera. q ille cause festinãdi ad dominũ. i. post mortem citius veniendi ad dominum.

13

¶ Ad quartū rñdet ꝙ multis de causis ordinatū est purgatoriū. Pria causa est: qr hoīes valde boni habebūt celū/ hoīes valde mali habebūt infernū: et ꝑ ɔñs hoīes mali malicia veniali habebūt locū ad delēdū pctā: et ille erit purgatoriū. Scda causa est: qr sicut sūma bonitas xp̄i nō patit aliqđ bonū irremuneratū. Sic sūma iusticia eiꝰ nō patit aliqđ impunitū. Tertia causa est: qr claritatē diuine lucis soli oculi mūdi cordis cernere pñt. Quarta causa est: qr per culpā diuinitas offensa est: ergo requirit satisfactio ꝛ diuina imago in nobis deformata est: ideo reqrit expurgatio. Quinta cā est qr ɔtraria ɔtrarijs curāt: ꝙ delectatio pcti deleri dꝫ pena purgatorij

¶ Ad quintū rñdet ꝫm magistrū sniaꝝ lib. iiij. dicentē sic. Hic aūt ignis purgatorij et si eternꝰ nō sit miro tñ mō grauius est: et excellit oēm penā quā vnꝙ aliqs passꝰ est in hac vita. nunꝙ enim in carne inuenta est tanta pena. nam licet martyres passi sint innumerabilia tormenta/ excellit tamen ignis purgatorij omnia ista.

¶ Ad sextū rñdet. ꝙ ignis puegatorij pōt dupl'r cōsiderari. Uno mō vt instrumētū nature: ꝛ sic nō agit in aiam sed solū in corpus. Alio modo vt instrumētū diuine iusticie: ꝛ sic agit in aiam imp̄mēdo illi pniam. Si tūc querit. vtrū ille ignis equal'r agat in aias sic ꝙ nō magis in vnā ꝙ̄ in aliā. Rñdet ꝙ nō. sed ex diuina ordinatione ignis ille magis vel minꝰ cruciat aiam ꝫm ꝙ aia plꝰ vl' minꝰ de pctis venialibꝰ secū portat. Mundemꝰ ꝙ nos vera cōtritione/ cōfessione/ et opis satisfactiōe: vt festinare possimꝰ ad gloriā dei. Quā nobis cōcedat qui est bñdictꝰ in scl'a scloꝝ. Amen.

¶ Duodecim articuli fidei.

¶ Primꝰ articulus. Petrꝰ. Credo in deū p̄rem oīpotentē creatorē celi et terre. Uñ Esaias. Patrē inuocabitis q terrā fecit ꝛ celos cōdidit. ¶ Secūdus articulus. Andreas. Et in iesū xp̄m filiū eiꝰ vnicū dñm nr̄m. vñ Dauid. Dñs dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu. ¶ Tertiꝰ articulꝰ. Jacobus maior. Qui cōceptꝰ est de spū sctō/ natꝰ ex maria ꝟgine. Uñ Esaias. Ecce virgo ɔcipiet et pariet filiū. ¶ Quartꝰ articulus. Johānes euāge. Passus sub pōcio pylato crucifixꝰ mortuꝰ ꝛ sepultꝰ. Uñ zacharias. Aspiciēt oēs eū quē crucifixerūt. ¶ Quintꝰ arti. Thomas. Descēdit ad iferna tcia die resurrexit a mortuis. vñ Ozeas. O mors ero mors tua morsus tuꝰ ero iferne. ¶ Sextus arti. Jacobꝰ minor. Ascēdit ad celos sedet ad dexterā dei p̄ris oīpotētis. vñ Amos Qui edificauit ascēsionē suā i celo. ¶ Septimꝰ arti. Philippus. Inde vētur' est iudicare viuos ꝛ mortuos. vñ Sophonias. Ascēdā ad vos i iudicio. ¶ Octauꝰ articulꝰ Bartholomeꝰ. Credo i spm̄ sctm̄. vñ Joel. Effūdā de spū meo sup oēm carnē. ¶ Nonus arti. Matheꝰ. Sctām eccl'iaꝫ catholicā sctōꝝ ɔmunionē. Un zacharias. Inuocabūt oēs nomē dñi ꝛ seruiēt ei. ¶ Decimꝰ ar. Symō. Remissionē pctōꝝ. Uñ Malachias. Depone deꝰ oēs iniqtates nr̄as: ꝛ p̄jciet oia pctā nr̄a. ¶ Undecimꝰ ar. Judas thadeꝰ. Carnis resurrectionē. Uñ Daniel ꝓpheta. Educā vos de sepulchris vestris. ¶ Duodecimus articulꝰ. Mathias. Et vitā eternā Amē. Unde Ezechiel. Euigilabunt omnes alij ad vitam/ alij a d mortem.

¶ Septem peccata mortalia.

Ut tibi sit vita que sunt mortalia vita
Monstrat saligia que sunt mortalia septem

luxuria auaricia superbia accidia inuidia
Luxus aua super ac inuidus ira gula

S superbia
A auaricia
L luxuria
Saligia I ira
G gula
I inuidia
A accidia

¶ Quinqꝫ sensus.

Uisus et auditus cum tactu gustus odorqꝫ
scilicet visu auditu. ꝛc. omnis peccata
Sensibus his quinqꝫ haurit homo scelera

¶ Decem precepta domini: moysi scripta

In tabulis binis lex est depicta petrinis
¶ Unum crede deum Ne iures vana per ipsum
Sabbata sanctifices Habeas in honore parentes
Non sis occisor Fur Mechus testis iniquus
Alterius nuptam Nec rem cupias alienam
Hec quicunque velis saluari accipe iussa

¶ Nota q decē p̄cepta sūt data ꝯtra decē plagas egyptiacas. decē p̄cepta patēt in his metris. Unū crede deū ꝛc. Et decē plage egyptiace patēt in his v̄sib⁹ sequētib⁹.

quia in deum non crediderūt — quia nomen dei blasphemauerunt.
¶ Prima rubens vnda — Ranarum plaga secunda
quia dei sabbata contēpserunt — quia parentibus non obedierunt
Inde culex tristis — Post musca nociuior istis
quia sanctos dei occiderunt — quia furtis intenderunt
Quinta pecus strauit — Vesicam sexta creauit
quia fornicationi vacauerunt — quia iniqua testimonia protulerunt
Inde subit grando — Hinc brutus dente nefando
q: adulterium cōmiserunt — quia auaricie studuerunt.
Nona tegit solem — Prima necat vltima prolem

¶ Septem sacramenta.

p̄sbyteriū matrimoniū baptism⁹ q̄ fit in frōte p epm sacr̄m altaris.
Ordo coniugium fons confirmatio panis
q̄ fit infirmis ad mortem que fit sacerdoti pro venia
Unctio postrema confessio sunt sacramenta

¶ Septem dona sancti spiritus

sapiētia. intellect⁹. cōsiliū. fortitudo. timor. pietas sciētia.
Sap intel con for ti pi sci. collige dona

¶ Septem opera misericordie corporalia

visitare infirmos. potare sitientes cibare esurientes. redimere captiuos.
Visito poto cibo redimo
tergere nudos. colligere peregrinos. sepelire mortuos.
tego colligo condo

¶ Septem opera misericordie spiritualia

corrigere peccantē. cōsulere dubitāti. docere ignorātē. delinquēti ignoscere.
Corripe suade doce dimitte
cōsolari mestū. ferre iniuriosos. orare p salute p̄ximi.
solare fer ora

Quattuor virtutes cardinales.
Iusticia qua redditur vnicuique quod suum est.
Prudentia qua cognoscitur qd agendū vel faciendū sit.
Temperātia qua coercet appetit⁹ ab his q̄ turpiter appetunt
Fortitudo q̄ anim⁹ in aduersis nō frāgit ꝛ in p̄speris nō extollit

Tres virtutes theologicales
- Fides sine quo nemo saluari potest.
- Spes que p desideriū et suspiriū introducit ad quietis gaudium.
- Charitas qua diligimus deū sup oīa et p̄ximos sicut nosipsos.

¶ Item octo beatitudines.

Paupertas/spiritus/mitis/lugens/miseransq̄
Justiciam petere/coꝛ mundum/persequiturq̄
His octo fiet sepe beatus homo

Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnum celorum.
Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram
Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: qm̄ ipsi saturabuntur.
Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiam consequentur.
Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt
Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur.
Beati q̄ psecutionē patiunt̄ ꝓpter iusticiā: qm̄ ipsoꝝ est regnum celorum.

¶ Item Sex precepta in spm̄ sanctum.

impugnatio veritatis agnite presumptio de dei mia desperatio de peccatis
Impugnans verum: pꝛesumens: spemq̄ relinquens
obstinatus inuidentia fraterne charitatis
Hinc induratus: odiens quoq̄ fratris amoꝛem
contemptus penitentie.
Emendam spernens: impugnant pneuma beatum

¶ Quatuoꝛ peccata clamantia ante deū pro vindicta

frequenter clamat .i. homicidiū .i. pctm̄ contra naturam.
Clamitat in celis vox sanguinis et zodomoꝛum
pauperꝝ a potentibus oppꝛessoꝝ qn̄ non soluitur preciū laboris
Vox oppꝛessoꝛum: merces detenta laboꝛum.

¶ Nouem peccata aliena.

iubere alijs vt mala faciant	dare cōsiliū alteri vt damnum inferat	dare cōsensū alteri ad malefaciendū	laudare raptorem vel aliū pctōrē	hospitare fures et laudare eos.
Jussio	**consilium**	**consensus**	**palpo**	**recursus**

habere partem de bonis ablatis	dolose furtum vel rapinā facere	non resistere qn̄ sine periculo facere posset.
Participans	**mutuo**	**non obstans**

non reuelare et manifestare rem ablatam quando et vbi licite posset.
non manifestans

¶ Finis opusculi de modo penitendi et confitendi. Impꝛessi London̄. per wynandū de Woꝛde in vico anglice nūcupato (the fletestrete) ad signum solis commoꝛantem.

14